

101 *ita plures, declaravit Synodus Tridentina, sess. 24. cap. 16. de reform. quod capitulum, Sede vacante, Officialium seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino tenetur, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel Licentiat, vel alius quantum fieri poterit idoneus. Si recusatum fuerit, ad metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur.*

114 *Circa quod notandum est, Concilium pro uno eodemque accipere Officialium & Vicarium, juxta scilicet usum plurimum ecclesiarum, & quidem totius Italiae; ubi referent Thomass. de discipl. eccl. p. 4. lib. 1. cap. 27. §. 5. etiamnum hodie Officialis & Vicarius Episcopi solet esse eadem persona; quod tamen non obtinet in aliis regnis & provinciis, ubi plerumque solent Episcopi habere Officialium, qui contentiosam jurisdictionem, & Vicarium qui voluntariam exerceat, qui quidem Vicarius Generalis dici consuevit. Quam ob causam observavit Cardinalis de Luca disc. 31. in Conc. Trident. Quod in Hispania potissimum constans sit ecclesiarum consuetudo eligendi in Vicarium, Sede vacante, etiam non Doctorem, indubie quia ibi Vicarius Generalis distinguitur ad Officialium.*

115 *Sicuti Vicarius Episcopi omnem suam auctoritatem & jurisdictionem ab Episcopo recipit, eamque juxta limites & formas sibi ab Episcopo prescriptas exercere debet; ita quoque Vicarius a capitulo, Sede vacante, nominatus, omnem suam jurisdictionem & auctoritatem a capitulo mutuatur.*

116 *Licet enim Synodus Tridentina voluerit a capitulo constitui Vicarium, nihil tamen circa jurisdictionis immediate devolutionem mutavit, sed eam in terminis juris communis reliquit, ut quemadmodum de jure communi tota ad capitulum devolvebatur, ita & nunc devolvatur, maneatque ipsa jurisdictione radicaliter, etiam constituto Vicario, apud ipsum capitulum; exercitium vero apud Vicarium.*

117 *Hinc consequens est, capitulo post nominationem Vicarii adhuc incumbere sollicitudinem Episcopalem in quam successit; neque ab ea, constituto Vicario, plene exonerari, ut notat Zygnus resp. 1. de Sede vacante.*

118 *Proinde tradit Bagnanus ab. citat. cap. His que, tit. de majori. & obedient. num. 75. quod si Vicarius sit aliqua causa suspectus, providet capitulum, atque vi jurisdictionis apud ipsum remanens de causis suspicionis cognoscit.*

119 *Quin, si capitulum det Vicario limitatam jurisdictionem & auctoritatem reservando sibi aliqua, ea Vicarius exercere non potest. Garzias de benef. part. 5. cap. 7. num. 30. cui ecclesiarum multarum praxis consentit.*

120 *Quandoquidem de ratione Vicarii esse videatur dependere à voluntate & arbitrio constituentis, sive illius, cujus vices sustinet, consequens apparet, Vicarium capituli, non secus ac Vicarium Episcopi, pro libitu & arbitrio capituli revocari posse; & ita ante Concilium Tridentinum unanimi consensu sentiebant canonista.*

121 *At cum hodie ex prescripto Tridentini Concilii capitulum Vicarium nominare jubeatur, adeoque nominatio Vicarii, vel non designatio, non ita sit in arbitrio capituli, quemadmodum est in arbitrio ipsius Episcopi, hinc etiam penes Episcopum hodie videtur esse liberio revocatio ipsius Vicarii, quam penes capitulum.*

122 *Et quidem Synodus Mechliniensis decrevit: Vicarium semel à capitulo electum vel confirmatum, postea sine justa & rationabili causa revocari non posse.*

123 *Quin refertur declarasse Sacram Congregationem Vicarium a capitulo nominatum revocari non posse, nisi ex causa à Sacra Congregatione Episcoporum probanda.*

124 *Ultra Vicarium, cui regimen ecclesie committitur, vult Synodus Tridentina, ut capitulum, Sede vacante, Economum unum vel plures fideles ac diligentes decernat, qui rerum ecclesiasticarum & proventus curam gerat.*

125 *Hanc tamen dispositionem Concilium limitat ad casum, ubi fructum percipiendorum cura capitulo, Sede vacante, incumbit.*

126 *Unde si Episcopus Juri Regalie sint subjecti, Sede vacante, rerum temporalium administratio, non ad Econo-*

nomos à capitulo deputandos, sed ad Officialios Regios spectare consuevit.

127 *Quod dicitur de Episcopatus subjectis Regalie juxta mores Gallie, simile obtinet in plerisque Episcopatus Italiae.*

128 *Quemadmodum enim in Gallie proventus Episcopatum huic juri subiectum cedunt, Sede vacante, Erario Regis, ita in Italia, Sede vacante, sunt reservati Camera Apostolica; & hisque colligendis deputantur collectores, qui Economos nominare consueverunt, uti notat de Luca discurs. 31. in Conc. Trident. num. 6. que reservatio verosimiliter profuit ex quadam specie Regalie, quam posteriores Pontifices exercebant in Episcopatus Italiae, praesertim in temporalibus sibi subjectos; cum nulla similis reservatio in commodum Camerae Apostolicae prisinis seculis nota fuerit.*

129 *Economus à capitulo deputati solam custodiam & curam rerum ad Episcopatum spectantium habent; unde instat curatorum nihil de fundis aut rebus Episcopatus alienare possunt: tenenturque hi Economus Episcopo ad vacantem ecclesiam promovere rationem suae administrationis, si exigit, reddere; tametsi ex ipso capitulo fuerint assumpti; potestque eos Episcopus punire, si in officio administrationis deliquerint, etiam si praedicti Officialis, redditus rationibus, à capitulo, vel deputatis ab eodem, absolutionem aut liberationem obtinuerint; uti praestatum Tridentinum Concilium declarasse videtur.*

130 *Vicario capituli, Sede vacante, attento stylo Curiae & Cancellariae, non dirigitur dispensationes matrimoniales, quia de illo Papa non confidit; sed Episcopo viciniori, sive eius Vicario in spiritualibus generali.*

131 *Et si litera dispensationis directae Vicario sine Officiali Episcopi, exequerentur per Vicarium capitularem, Sede Episcopali vacante, deputatum, executio esset nulla, nullumque matrimonium vigore talis dispensationis contrahitur. Ita Conradus in practi. dispens. lib. 7. cap. 4. n. 15. (Vide verb. Spolium; in addit. bisp.)*

CAPPUCCINI

132 *DECLARATUR, quod Ministro Generali Ordinis S. P. Francisci Cappuccinorum, & secundariis superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. P. Francisci conveniat, & competat in quocumque loco, civitate, provincia, & regno; etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ordinis jam reperiuntur, erigere, instituire ac fundare confraternitates. Sic expresse Clemens XII. const. incip. Apostolicae servitutis officium: quae reperitur tum in communi Bullario Romano, edito à Hieronymo Mainardo, tum in speciali Bullario ejusdem Ordinis Cappuccinorum. Quae constitutio si ad manus mihi obvenisset ante editionem Bibliothecae hujus, certe pro consueta mea ingenuitate fuisset adducta, & uti nunc, aliter etiam tunc, juxta ipsam fuisset conclusum.*

133 *Hinc Tertiarii à Patribus Cappuccinis recepti, gaudent omnibus gratis, privilegiis, indulgentiis, indulgentiis &c. quae unquam per Apostolicam Sedem tertio Ordinis fuerunt concessa & erunt deinde concedenda. Unde non amplius subsistunt tradita quoad hoc in verb. Tertiarii; Tertiariae num. 30. per satis de re claram constitutionem Benedicti XIII. incip. Dilecti Bili. ut reperitur tum in indice, tum in corpore Bullarii Romae editi typis Mainardi. Posteriora enim derogant prioribus; leg. Nam est novum 26. & leg. Sed & posteriores 26. ff. de leg. cap. Licet 1. de constit. in 6. (Vid. lit. D. pag. 79. vers. Quamvis...)*

134 *Idem Pontifex Clemens XII. omnibus, & singulis personis Tertii Ordinis S. Francisci, tam intra, quam extra claustra, sub jurisdictione Ministri Generalis Cappuccinorum dependentibus concessit per viam communicationis omnes Indulgentias, quibus fruantur, & gaudent confratres, & consorores confraternitatis B. M. V. de Monte Carmelo. Sic in ejus constit. incip. Sollicitudo Pastoralis officii.*

135 *Ass. dicitur Indulgentias Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Tertiariis secularibus Cappuccinis à Clemente XII. per viam communicationis concessas, revocavit Benedictus XIV. const. incip. Romanus Pontifex, quae extat in Bullario eorumdem Cappuccinorum tom. 7. pagin. 356.*

136 *Cappuccinis vetitum erat ex constitutione quadam sui Capituli Generalis, ne peccata sua exponerent alteri, quam sui Ordinis Confessario, etiam longe abesset à monasteriis sui Ordinis: verum Benedictus XIV. die 30. Mart. 1742. facultatem fecit singulis eorum Sacerdotibus, & laicis longe à suis monasteriis versantibus, ut possent cuicumque Sacerdoti seculari à suo Ordinario approbato, vel Regulari, à suo pariter superiore approbato, peccata sua in confessione aperire, & ab eo absolute reservationis, etiam à casibus, & censuris in suo Ordine reservatis, addita tamen obligatione, ut ubi primum poterint, coram Superiore se sistant, & novam ab illis casibus, & censuris absolutionem obtineant. De hac re, vide quae fusius adducuntur in Supplementis novissimis ad verb. Approbatio artic. 2. num. 24.*

137 *A Cappuccino ad Regionem Hierosolymitanam auctoritate apostolica transiitio legatum annum vi professionis Cappuccinae mortuum, recuperari sancivit Sacra Rota in Janu. Legati 22. Jun. 1622. Ex Bullar. Cappuccinor. tom. 2. part. 391.*

138 *Advertendum, quod testatorum voluntates Fratres Cappuccini sicuti & alii Minorites, exequi possunt, nominando, vel eligendo ad subsidia dotaria & ad beneficia, ac juvenes ad seminaria. Sic Sacra Congregatio Concilii in Papie. Subsidii dotaria 1731. ex Bullario Cappuccinorum tom. 1. pag. 187. ubi refertur integra haec causa cum sua resolutione, & egregiis notis. Vide etiam in nostro tomo 10. appendix. resolutionum S. C. C. sub n. 143. Hinc cum his concilianda sunt, quae adducuntur verb. Testamentum art. 3. sub n. 53, 57, 58. & 59.*

139 *Cappuccini, sicuti & alii Minorites de Observantia, & reformati, declarant exempti à solutione alimentorum pro illis, qui carceribus S. Inquisitionis sunt mancipati; ex decreto Suprae, & Universalis Inquisitionis Romanae 15. Jul. 1732. Vide verb. Alimenta n. 118. \*\*\**

140 *cardotibus Levitici generis, ut tradit Eugenius IV. in const. incipient. Non mediocri, ex verbis Deuteronomio 17. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & facies quodcumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus; Verba hujusmodi referendo ad Summum Pontificem, & S. Romanae Ecclesiae Cardinales principales in ecclesiae regimine, ejusdem Cooperatores, Assessores, & Consiliarios, juxta expressam auctoritatem Innocentii in cap. Per venerabilem, qui filii sint legitimi, cujus verba, de Cardinalibus disserendo, sunt ista: Sunt autem Sacerdotes Levitici generis, fratres nostri, qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officii Coadjutores existunt. Unde tali textu animati quamplures gravissimi Doctores non dubitarunt asserere, Cardinalium officium quoad suam primordiale originem, & adumbrationem Juris esse divini, vel quidem Sacerdotum Levitici generis typum, & figuram tenere, Abbas, & alii Canonista in d. cap. Per venerabilem. S. Antonin. p. 3. tit. 11. cap. 1. & 2. August. Triumph. in tract. de potest. eccl. q. 102. Cardinal. Bellarm. in Apolog. cap. 4. pag. 35. Barbat. in tract. de Cardin. pract. q. 1. Laudens. de Cardin. part. 1. q. 34. & p. 2. q. 7. & 12. Alban. de Card. p. 5. Paleott. de Sacra. Constit. mem. 5. cap. 11. Turcrem. lib. 2. cap. 70. & 81. Lancellotti in templo omnium judic. lib. 2. cap. 2. §. 3. n. 27. Cuch. in Instit. Canon. lib. 3. tit. 4. n. 53. Germ. lib. 3. Sac. capit. 6. Macedo de clavibus Petri lib. 4. cap. 8. Camill. Borrom. in Summa omnium dec. tit. 5. n. 8. Azor. part. 2. lib. 4. cap. 1. q. 2. & alii. Cardinales sicuti figuratiter originem videntur trahere à Sacerdotibus Levitici generis, sic exemplariter ab Apostolis Christi institutionem videntur habere: Instituti enim fuerunt exemplo Apostolorum, qui Christo Domino in terris tanquam Pontifici assistere videbantur: Sixtus V. in const. incip. Postquam verus... ibi Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales representantes personas Apostolorum, dum Christo Salvatore regnum Dei predicant, atque humanae salutis mysterium operanti ministrant &c. ut notat Jacob. de Conc. l. 1. num. 252. quem refert Azorius insti. Moralit. part. 2. l. 4. cap. 1. q. 3. Barbo. l. 1. Juris eccl. univ. cap. 3. n. 2. Petra tom. 4. comm. in const. 15. Eugen. IV. num. 9. Et post Christi Domini Ascensionem Petro pontificale munus gerenti assistebant, cooperantes in regimine universalis ecclesiae, tanquam Cardinalatus officium exercentes, adeo ut Apostolos prius partes Cardinalium in Urbe Roma obisse, quam Episcoporum, expresse inquit Cardinal. Petrus de Alliaco de Auctor. eccl. cap. de Card. praecisus his verbis: Ex hoc potest inferri, quod Apostoli prius Cardinales, quam Episcopi fuerunt, &c. prius fuerunt Cardinales Urbis, quam Urbis; & infra: Senatui Apostolorum succedit collegium Sacrum Cardinalium quantum ad illum statum, quo apostoli coassistebant Petro, anequam fierent particularium ecclesiarum Episcopi. Et simili sensu locuti sunt Anton. Pagan. in Ordine jurisdictionis; & resident. Episc. serm. 2. circa finem. Fridericus Imperator, & omnes Doctores Pragense Academiae, quando contra errores Joannis Hus subscriperant, ut apparet ex eorum verbis relatis à Thomassin. de benef. part. lib. 2. cap. 114. num. 2. §. Qui munus... quibus aperte constat cit. Eugen. IV. const. incip. Non mediocri, ubi dicit Cardinalium officium B. Petri tempore primordia habuisse.*

141 *Cardinalis autem nomen ante tempora S. Silvestri Papae existisse non constat, unde quidquid existiment alii, nomen Cardinalis ab ipso Silvestro creditur adinventum; cum prima in ecclesiasticis monumentis Cardinalium mentio inveniat in Concilio Romano celebrato post conversionem Constantini Imperatoris, praesente ipso S. Silvestro, in cujus art. 1. c. 6. & 7. septem Diaconi Cardinales Urbis Romae, quae dicto Concilio interfuerunt, descripti reperuntur, ut ex Card. Borrom. notat Choell. in notis. Card. cap. 2. & in ipso Concilio sic statutum fuisse legitur: A Subdiacono usque ad Lectores omnes subditi sunt Diacono Cardinali viro Reverendissimo in ecclesia, representantes ei honorem &c. Et in eodem quoque Concilio de Cardinalibus S. R. E. fit sequens mentio.*

CARDINALES

ARTICULUS I.

Quod ad eorum originem, creationem, & numerum.

SUMMARIUM.

- 1 *CARDINALIUM origo unde desumpta: à quibus exemplariter trahant institutionem: ex quo tempore nomen eorum exiit: quis circa hoc usus invaluit: & quae pro tempore diversitate in eorum creatione, ad num. 12.*
- 2 *Quid venit observandum in cardinalium promotione, tanquam praescriptum in Romano Ceremoniali: quando perficitur dicta promotio: reliquae declarantur, si promoti à Curia absuerint, ad n. 19.*
- 3 *In secreto Consistorio pronuntiat: quae potestas inhaerent: quibus qualitatibus ornati esse debeant: & unde eligendi: quot ex Regularibus Mendicantibus: à Cardinalibus dignitate qui sunt arcendi, ad n. 35.*
- 4 *Beas pro Presbyteris Cardinalibus; & Episcopis praefinitur: non omittitur designare quae in Diaconis requiruntur, ad num. 37.*
- 5 *Variis fuit Cardinalium numerus, quis plures creavit: ex quo tempore invariatus eorum numerus remansit, ad num. 40.*
- 6 *Quales esse debent: cultibus ex eis sua ecclesia particularis est assignata, cujus numeratio extenditur, ad num. 45.*
- 7 *Auctoritas supplementa demonstrantur, ad num. 50.*
- 8 *Substantur alia ex aliena manu, ad num. 67.*

1 *CARDINALES originem videntur habere figuratiter à SARRAZ. BIBLIOT. TOM. II.*

mentio: Præsul non dæmetur, nisi cum 72. testibus, Presbyter vero Cardinalis nisi cum 64. testibus non depnatur. Diaconus autem Cardinalis Urbis Romana, nisi cum 27. testibus non condemnabitur, sic refertur in cap. 2. Præsul 2. quest. 5. caus. 2. Et in literis donationis factæ ecclesie à Constantino Imperatore ante celebrationem hujus Concilii, nulla fit mentio de nomine Cardinalium, quod nomen tamè eminentiæ, & dignitatis non fuisset certe tunc ab Imperatore reticendum, qui inde Clelicis S. Romanæ ecclesie sic reverentur, & emphaticè fuit locutus, ut patet in cap. Constantinus, dist. 99. *Viri etiam diversi Ordinis Reverendissimi Clericis S. Romanæ ecclesie servientibus, illud culmen singularis potestatis, & præcellentiæ habere sancimus, cujus amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari.* Post Sanctum Silvestrum vero passim Romani Pontifices hoc nomine Cardinalis utuntur, ut patet in variis sacris canonibus, & signanter in cap. Presbyteri 3. distinct. 24. ubi Gelasius Papa scribens Celestino Episcopo sic ait: *Scitur Visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse.* Et Gregorius post ipsum Gelasium eodem nomine sæpius utitur, ut in cap. Pastoralis 42. caus. 7. quest. 1. ibi: *In qua ordinatus es Cardinalis à nobis debeas ecclesie permanere, & in cap. Relatio 5. caus. 21. quest. 1. ibi: Si Cardinalem postulant te constituit, & cap. Illud quocumque 6. ejusd. caus. & quest. ibi: Sic te prædicte Terracenen. ecclesie Cardinalem esse constituimus.* Et ex post Stephanus IV. in cap. Oportebat 3. distinct. 79. ibi: *In Apostolatus culmen ante de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconibus consecraretur, & cap. Nullus 4. ejusdem distinct. 79. ibi: Nisi per distinctos gradus accensus Diaconus, aut Presbyter factus fueris Cardinalis.* Et deinceps Nicolaus II. in cap. In nomine Domini 1. distinct. 23. ibi: *In primis Cardinales Episcopi diligentissime simul de electione tractantes mos Christi Clericos Cardinales adhibeat; & sic alii posteriores, ut videre est in sacris canonibus, & apostolicis constitutionibus.*

6 Immo sic exinde hujus nominis Cardinalis usus invaluit, ut fere in omnibus principalioribus ecclesiis præcipui Sacerdotes Cardinales reperiretur constarint, donec successivis temporibus ad Romanæ Ecclesie Senatuum Summo Pontifici assistentem cardinalia nomenclatura fuerit revocata, cum prohibitione, ne deinceps alius quilibet Clericus hujusmodi nomen usurparet, ut refert Ludovicus Romani. in *Semore habito in Conc. Basileensi in concil. ult. num. 14.* Et cum adhuc à Canonicis in variis præcipuis metropolitæ cathedralibus, ut *Ravennatensis, Compostellana, Mediolanensis, Neapolitana, & aliis, cardinalium nomen, & ex præteritis, seu suppositis privilegiis retineretur, S. Pius V. anno 1567. 13. Kal. Mart. harum ecclesiarum privilegia, (si quæ aderant) suo diplomate abrogavit, & in omnibus aliis ecclesiis, præterquam in Romana, Cardinalis nomen totaliter extinxit, & solos S. Romanæ ecclesie à Summo Pontifice creatos Cardinales hoc nomine decorandos esse sancivit, ut refert Choell. in *notis. Card. cap. 2. §. Et ideo ex Moscon. de majest. milit. eccl. lib. 1. p. 1. cap. 5. vers. Et propter.* Et merito undequaque hoc Cardinalium nomen supremo Romanæ Ecclesie Senatui fuit reservatum, nam ex C. Sacrosancta 2. dist. 22. *Apostolica Seder caput, & cardo à Domino, & non aliis constituta est; & sicut Cardine ostium regitur, sic hujus Apostolicæ Sædis auctoritate omnes ecclesie (Domino disponente) reguntur. Unde Senatus Cardinalium (ut ibi exponit Archidiaconus) à Cardine nomen accepit, quasi re regat, & alios; sicut enim ostium regitur per Cardines; ita ecclesia per titos, & Cardinales dicuntur in Romana ecclesia duplici similitudine, vel quia sicut domus habet ostium, & cardinem, sic ecclesia habet Papam, qui est ostium Dei vel ecclesie, & Cardinales, qui sunt cardines &c.* Et his consentiunt Patres Basileensis cõsensus de S. R. E. Cardinalibus sess. 23. ibi: *Sicut nomen ista & re ipsa, Cardines sunt, super quos ostia universa ista ecclesie versentur, & sustententur.* Et Eugenius IV. in *const. incip. Non mediocri §. 14. de Cardinalibus sic expresse dicit: Quorum officio nomen ipsum consensu optime, nam sicut super cardinem volubitur ostium domus, ita**

super eos Sedis Apostolicæ, & totius ecclesie ostium quiet; ad quod non dubitavit alludere Cohell. in *notis. Card. cap. 2. §. Et ideo verbis l. 1. Reg. cap. 2. Domini enim sunt cardines terra, possunt super hos orbem.*

Creatio Cardinalium, diversimode, diversisque ritibus pro diversitate temporum, & Pontificum fuit hæcenus acta, & nostris temporibus penitus obsolevit, quod in Cæremoniali Romano lib. 1. sect. 8. cap. 1. cum seq. disponitur de promovendis Cardinalibus feria quarta quatuor anni temporum, & de voto Sacri Collegii exquirendo, an novos creare Cardinales necesse sit, vel expediat, & in quo numero? Summus enim Pontifex pro suo libitu, quos vult, & quando vult ad Cardinalatus fastigium promovet, nulla adstricte necessitate exquirendi Cardinalium suffragia, sed solum pro quadam sui convenientia eorum petendo consilium, ut directe probat Card. de Luca in *relat. Romani Cur. dist. 5. num. 6. Card. Jacobat. de Conc. lib. 7. art. 5. num. 117. & alii adducti à Cohell. in notis. Card. cap. 9. lit. C.* Immo nulla præcisa forma necessario observanda in Cardinalium promotione utitur Summus Pontifex, sed verbis sibi benevisis promotionem indicantibus complet. Licet ceteroquin in Cæremoniali Romano hæc forma tradatur: *Auctoritate Dei Patris Omnipotentis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli & Nostræ N. assumimus in Presbyterum, vel Diaconum Sacræ Romanæ Ecclesie Cardinalem, ut notat Mosc. de majest. milit. eccl. lib. 1. p. 1. cap. 5. Cohell. loc. cit. lit. E.* Exinde, si noviter promoti reperiantur in Urbe, eodem, quo prius utebantur habitu, ad anam apostolicam, nullo assumpto comitatu, se conferunt, ibique ab aliquo ex antiquis Cardinalibus excepti Summo Pontifici offeruntur, qui Birretum rubro eos insignit. Ex post publicum indicitur Consistorium pro eis tradendo Galerum rubrum die benedicti Pontifici, qua adventa, omnibus Cardinalibus in aula apostolica congregatis, Summus Pontifex mitra pretiosa ornatus ad locum Consistorii more solito accedit, & statim post acceptum consuetum obsequium à Cardinalibus, præcipit ut noviter promoti ad se accedant, qui illico obtempertes, ac profunde se ei inclinantes, à Cæremoniarum Magistro post ultimum Cardinalem Presbyterum locantur ante conspectum Pontificis detectio capite, ad quos habito gravi sermone de cardinalia præstantia, & eminentia, & de Cardinalium stricta pro tanti muneris obligatione, ex post accedunt noviter promoti ad cathedram pontificiam obsequia ei præstatori, pedes videlicet, & munus Summi Pontificis osculando, qui ad oris osculum eodem elevat; indeque ad pacis signum ad alii Cardinalibus excipiendo deducuntur. Istis, aliisque præscriptis cæremonis præcælis, traduntur eis cardinalia insignia: stantibus igitur interim aliis Cardinalibus ante Summum Pontificem in circulo, prior ex noviter promotis, deinde alii graduatim genuflectunt, cui Pontifex Galerum rubrum imponit super caput sic dicens: *Ad laudem Omnipotentis Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ ornamentum, accipe Galerum rubrum, insigne singularis dignitatis Cardinalatus, per quod designantur, quod usque ad mortem, & sanguinis effusionem includitur pro exaltatione Sanctæ fidei, pacis, & quiete populi christiana, augmento, & statu Sacrosanctæ Romanæ Ecclesie te inrepreudum exhibere debeas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* In altero postea Consistorio Summus Pontifex claudit ad novis Cardinalibus, eis inhibendo, ne qui loqui præsumant in Consistoriis, aliisque consensibus, quousque de Consilio Fratrum duxerit eis aperire os: in secundo vero, aut tertio Consistorio, omnibus Cardinalibus congregatis Summus Pontifex præcipit, ut noviter promoti exeant, donec ipse sciscitetur ab antiquis Cardinalibus, an expediat ex noviter promotis aperire, atque omnibus plaudentibus, revocantur Candidati, & paterne à Pontifice admoniti, ad aperitionem oris accedunt, quæ his verbis expletur: *Aperimus vobis os, tam in Collationibus, quam in Comitibus, atque in electione Summi Pontificis, & in omnibus actibus, tam in Consistorio, quam extra, qui ad Cardinales spectant, quos soliti sum exercere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

17 Promotio tandem perficitur cum annulorum traditione, titulorumque assignatione; ipsis enim genuflexis ante Summi Pontificis cathedram, Pontifex immittit cuique in digito annulari dexteræ manus annulum pretiosum ad id præparatum, assignando Titulum his verbis: *Ad honorem Dei Omnipotentis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, S. N. commissimus tibi ecclesiam S. N. cum Clero & Populo, & Capellis suis secundum formam, quam committi consuevit Cardinalibus, qui eandem ecclesiam habuerunt.* Reliqua autem quæ observantur in his promotionibus, & maxime, cum promoti sunt absentes ab Urbe Romana, satis colliguntur ex Cæremoniali Romano lib. 1. sect. 8. Card. de Luca in *relatione Roman. Cur. dist. 5. n. 9. Cohell. in notis. Card. c. 9. & 10. Corrad. in praxi lib. 10. c. 14. n. 26. & aliis; & ideo reliquuntur penes ipsos videntia. Solum hic additur, quod promoti ad Cardinalatum, dum sunt absentes à Curia, jurare debent in receptione Birreti rubri intra annum se accessuros ad Limina Apostolorum sub pœna inhabilitatis, & privationis Cardinalatus, ut fuit statutum à Sixto V. in constitutione 50. incip. Postquam. (*Vid. verb. Annulus, & verb. Birretum.*)*

20 Licet ab Eugenio IV. in constitutione incip. In eminenti: fuerit decretum, quod Cardinales in secreto Consistorio pronuntiant non dicantur Cardinales, antequam Cardinalatus insignia susceperint, nec vocem in electione Summi Pontificis habeant, donec sit eis licentia notandi concessa: tamen hodie Cardinales ex actu creationis perfecte creati censentur, & habent vocem in electione Pontificis absque alia facultate; quamvis cardinalatus insignia non obtinuerint, eo eis apertum nondum fuerit, nec eis fuerit traditus annulus, & titulus assignatus: & ratio est, quia oris apertio, juramenti præstatio, aliæque traditionis insignium solemnitas, ut optime dicit Card. de Luca in *relat. Romanæ Cur. dist. num. 11.* Sunt cæremonie, vel solemnitates, quæ non præcipient substantiam, vel perfectionem actus, quoniam sequuta promotione, ut supra, illi sunt veri, ac perfecti Cardinales; ideoque (quidquid aliis dubitatum fuerit) verum habent in conclavi in electione Pontificis, omnesque alias cardinalitas jurisdictiones, & præminentias, ut moderna praxis docuit &c. (*Vid. lit. E. pag. 172. in addit. hisp. novis.*) Et sic expresse fuit decretum à S. Pio V. die 26. Januar. 1571. ut appareret ex verbis ipsis decreti, ut sequitur: *Quia aliquando dubitatum fuit, utrum Cardinales, quibus os clausum esset, si antequam illud eis aperiretur, Sedis vacatio eveniret, utrum, inquam, in Summi Pontificis electione votum haberent, Sanctitas sua eligens RR. DD. sententiis, de eorum assensu, & consensu decrevit, quod cum potissima Cardinalium facultas in Romano Pontifice eligendo consistat, quæ sane ipsis propter insigniam, & cæremoniarum defectum auferri non debet, ob eam causam Sanctitatem suam statuerit; ut postquam aliqui S. R. E. Cardinales creati fuerint, honoremque acceperit, & consensum suum dederit, is statim vocem, & jus eligendi Romanum Pontificem habeat, & consequenter etiam cardinalatus galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, vel si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit, videtur enim hujusmodi claudendi ritum rari, ad præcipuum Cardinalium facultatem, quæ circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinere, sed cæremoniam quamvis antequam in Consistorio, & Congregationibus suffragium ferant, de modesta, quæ ab ipsis in his, & aliis actibus adhiberi debet, quoadmodum admonentur &c. sub die 26. Jan. 1571. Sic refertur Cherubin. Fil. ad constitutionem primam Eugenii IV. incip. In eminenti, schol. 2. Barbosa lib. 1. juris eccl. univers. c. 3. n. 41. Petra comm. in cir. const. prima Eugenii IV. man. 9. & recensetur in constit. 19. Gregor. XV. incipienti Decret: de approbatione cæremonialis in electione Summi Pontificis servandi. Et sic fuit resolutum, & observatum in practico casu post obitum Clementis VIII. Cum enim iterum dubitatum fuisset, an Cardinalis de Comitibus, cui os clausum, nondum vero apertum fuerat, in electione Romani Pontificis vocem haberet? Commissa dis-*

18 cussione hujus quæstionis quatuor è Rotæ Tribunali ad Sacram Collegium assumptis, tandem omnibus fere Cardinalibus in Consistorio congregatis approbantibus, ut S. Pius V. decrevit, resolutum fuit, ut distinctè recensetur in *annos. 45. & 46. Coccin.* Et fuit observatum tum etiam in electione Innocentii X. in qua ante aperitionem oris vocem habuerunt Cardinales Panzirolus, Rosetus, & Estensis, noviter pronuntiat, ut refert Fagnan. in cap. Cum olim, de majoritat. & obedienc. num. 48.

24 Ad Cardinalatum promovendi debent habere ea omnia, & singula requisita, & qualitates, quæ pro Episcopis præficiendis à sacris canonibus decernuntur. Cong. Trident. sess. 24. de reform. cap. 1. ibi: *Et vero omnia, & singula, quæ de Episcoporum, & præficiendorum vita, ætate, doctrina, & ceteris qualitatibus aliis in eadem Synodo constituta sunt, decrevit eadem etiam in creatione S. Romanæ Ecclesie Cardinalium, etiam si Diaconi sint, exigenda.* Sic etiam Leo X. constit. 7. incip. Supernæ: & Sixtus V. constit. 50. incip. Postquam: Cardinales ex omnibus mundi partibus debent eligi, si possibile sit. Concil. Trident. cit. session. 24. de reform. cap. 1. ibi: *Quos Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos reperit, assumet.* Sic etiam Sixtus V. cit. constit. incip. Postquam §. 11. Ex regularibus Mendicantibus quatuor saltem fieri debent Cardinales Theologi; Sixtus V. in d. constit. incip. Postquam §. 4. ibi: *Inter hos septuaginta Cardinales præter egregios utriusque juris, aut Doctorum Doctores, non desint aliquot insignes viri in sacra theologia Magistri, præsertim ex Regularibus, & Mendicantium Ordinibus assumendi, saltem quatuor, non tamen pauciores.* Illegitimi, etiam per sequens matrimonium legitimati, ad cardinalitiam dignitatem non sunt promovendi. Sixtus V. in dict. constit. incip. Postquam §. 12. ibi: *Præterea qui Cardinales creandi erunt, legitimi, & honesti sint exorti natalibus, nec ulla prorsus labe, aut illegitimitum natalium suspicione quovis modo laboret, sed omni macula, & impuritate careant, alioquin ad tam eminentis dignitatis gradum penitus inhabiles, & illius incapaces sint, & esse censeantur. Quocirca considerantes, quod licet tanta vis sit, & efficacia matrimonii, quod Apostolo teste, magnum est in Christo, & in Ecclesia, ut qui ante nati erant ex soluto, & soluta, post illud contractum legitimi habeantur, in nonnullis tamen provinciis, & dominiis nobilitatis privilegiis non gaudent, nec ad secularia officia, honores, dignitates, nec ad nobilium feudorum, & statuum successiones admittuntur; quod multo magis indecorum videretur, & ab Apostolicæ Sedis dignitate alienum, si hujusmodi illegitimi persequens matrimonium, ut præfertur, legitimati, in Cardinales assumereantur; ac cardinalatus celsitudo, & splendor, qui dignitati regie comparatur, facile deprimi, commaculari; aut quoadmodum inobscuro possent: Ideo ut puriori dignitari puriores natales respondeant, quousque illegitime natos, quorumcumque etiam magnorum Principum, etiam Ducali, aut majori etiam Regia, & Imperiali auctoritate fulgentium filios, quousque gradu, dignitate, & præminentia præditos, etiam genitos ex soluto, & soluta, inter quos tunc matrimonium constare poterat, ac postea per sequens matrimonium, etiam rite, & solemniter in facie ecclesie contractum, vel aliis legitimatos, & quomodolibet habilitatos, & natalibus restitutos, ac quorumvis honorum capaces effectos, & etiam cum eis, ut hanc ipsam dignitatem obtinere valeant, super defectu natalium fuerit expresse, & in specie auctoritate apostolica quomodolibet dispensatum; nihilominus prædicti cardinalatus dignitatis prorsus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuo inhabiles decernimus, & declaramus.* Unde tanto majus à cardinalia dignitate arrendi sunt spatii: spiritus enim unus ab Eugenio IV. in Cardinalium electione, antequam Galerum acciperet, de vita delat esset, ut refert Azorius part. 2. lib. 21. cap. 71. & Barbosa lib. 1. juris eccl. cap. 5. num. 136. Cardinalis eligendus, prius debet esse Clericus: Six-

BIBLIOTECA CENTRALI U.A.M.L.

»tus V. in dict. const. incipit: Postquam §. 15. ibi: Ac  
 »proinde, ne homines sacrarum rerum plane imperiti,  
 »aut rudes, atque ecclesiasticarum functionum ignari,  
 »quasi in ecclesia Dei hospites, & peregrini statim hu-  
 »jusmodi muneris praeficiantur juxta decretum jam pri-  
 »dem à Nobis in praedicto Consistorio nostro sancitum,  
 »quod pariter harum serie innovamus, districtè interdi-  
 »cimus, ne quis ullatenus ad Cardinalatus honorem as-  
 »sumi queat, nisi qui antea clericali charactere fuerit in-  
 »signitus, & in quatuor Minoribus Ordinibus per annum  
 »saltem habitum, & tonsuram gestaverit clericalem.»  
 30 Filios, vel nepotes ex eis habens nequit fieri Cardinalis  
 Sixtus V. ibi §. 16. ibi: «Cum autem ad honorem adeo  
 »sublimem promovendi omni virtutum, & praesertim  
 »castimoniam laude supra ceteros plurimum eminere de-  
 »beant, qui vero filios etiam legitimos ex uxore sua alios  
 »cognoscitur suscepisse, nequeat suae testimonium con-  
 »tinentiae exhibere, & pater erga proprios filios natura-  
 »li affectu nimia quadam propensione feratur, verem-  
 »dumque sit, ut propterea variis propriae domus nego-  
 »tiosis, ac multiplici liberorum cura distractus, ecclesiae  
 »negotia sibi credita, aut negligenter tractet, aut minus  
 »solicite, & fideliter, quam par est, ejusdem ecclesiae ju-  
 »ra teneat, prohibemus, ne aliqui, qui utriuslibet  
 »suis filium, seu filios etiam ex legitimo matrimonio sus-  
 »cepit, vel nepotes ex eis habeat, nullatenus in Cardi-  
 31 nalem assumi, aut promoveri possit.» Cardinalis esse  
 non potest frater ex uno parente germanus, vel patruelis  
 consobrinus, aut amittinus alicujus Cardinalis viventis.  
 Sixtus V. ibi §. 17. ibi: «Insuper, ut factionum somitem,  
 »& simulatum ansam ex sacro hoc coetu, quantum cum  
 »Domino possumus, amputemus, Decretum pie memo-  
 »riae Julii Pap. III. Praedecessoris nostri in Sacro olim  
 »Consistorio editum approbantes, & declarantes, simili-  
 »ter perpetuo inderidimus, ne ullo unquam tempore as-  
 »sumatur aliquis posthac in ejusdem S. R. E. Cardinalem,  
 »qui Frater ex utroque, vel alterutro parente germanus  
 »existat alterius Cardinalis viventis; ita ut eodem tempo-  
 »re duo fratres germani in eodem Collegio nullatenus  
 »esse possint. Quinimmo idem Decretum extendentes, &  
 »ampliantes prohibemus quoque ne patruelis, vel amitti-  
 »no, aut consobrinus Cardinale vivente, alter ejus pa-  
 »truelis, vel amittinus, aut consobrinus, ad Cardina-  
 »latum promoveatur.»  
 32 Patruo, aut avunculo Cardinale vivente, ejus ex  
 fratre, vel sorore nepos nequit fieri Cardinalis; Sicuti ne-  
 pote ex fratre vel sorore Cardinale vivente, nequit fieri  
 33 Cardinalis illius patruus, & avunculus. Immo neque ul-  
 lus potest esse Cardinalis, qui primo, aut secundo consan-  
 guinitatis gradu alicui Cardinali viventi sit conjunctus:  
 Sixtus V. ibi §. 18. ibi: «Sed & pari ratione sancimus,  
 »ne patruo, aut avunculo Cardinale vivente, ejus ex  
 »fratre, vel sorore nepos, nec rursus nepote ex fratre, vel  
 »sorore Cardinale existente, illius patruus, aut avuncu-  
 »culus, neque ullus denique, qui primo, aut secundo tan-  
 »tum consanguinitatis gradu alicui Cardinali viventi  
 »conjunctus sit, quamdiu is vixerit, in Cardinale assu-  
 »mi possit, ita ut omnes, & singuli praedicti, tam pater fi-  
 »lios, aut nepotes habens, quam fratres germani, patru-  
 »elis, amittini, consobrinus, patruus, avunculus, nepos ex  
 »fratre, vel sorore, & quisquis, ut supra aut secundo  
 »gradu conjunctus alteri Cardinali viventi, ad Cardina-  
 »latum inhabiles sint, & censeantur, neque eorum ali-  
 »quis Cardinalis creari valeat, neque adversus hanc pro-  
 »hibitionem ex quacumque etiam urgentissima causa cum  
 »eis liceat dispensare. Et nihilominus electio, creatio, &  
 »pronunciatio Cardinalium hujusmodi contra praesentem  
 »prohibitionem, aut interdictionem facta, & attentata, nulla,  
 »irrita, & inanis sit eo ipso, ac cum omnibus inde secu-  
 34 tis nullius sit roboris, vel momenti.» Bigami ad cardi-  
 nalatum non solent assumi. Machado *traç. 3. docum. 6. n. 2.*  
 Barb. *lib. 1. juris eccl. cap. 3. n. 39.* ubi ex Azorio  
 35 *lib. 6. cap. 7. prop. finem refert,* quod ideo Antonius de  
 Rosellis, & Joannes de Lignano, quamvis jurisperiti in-  
 signes, cardinalitiam dignitatem numquam obtinere po-  
 tuerunt. Ad cardinalatum non sunt assumendi, nisi lec-  
 tissimi, praecellentes, & undequaque digni viri. Concil.

Trident. *sess. 24. de reform. c. 1.* ubi dicit: «Nihil ma-  
 »gis ecclesiae Dei esse necessarium, quam ut Beatissimus  
 »Romanus Pontifex, quem sollicitudinem universae eccle-  
 »siae, ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum  
 »impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales asciscat.  
 »Et sic Sixtus V. dict. const. incip. Postquam, ibi: Cete-  
 »rum ut non solum honore, sed etiam re ipsa Cardinales  
 »sint, super quibus ostia universalis ecclesiae tuto nitan-  
 »tur, divinaeque, & humana ministeria sibi commissa uti-  
 »lius exequi possint, statuimus, ut lectissimi, & praecel-  
 »lentes viri in ipsum collegium adscribantur, & quorum  
 »vita probitas, morum candor, praestans doctrina & cru-  
 »ditio, eximia pietas, & erga saltem animarum ardens  
 »studium, & zelus in dandis consiliis, sincera fides, &  
 »integritas in rebus gerendis singularis prudentia, constan-  
 »tia & auctoritas, & aliae qualitates à jure requisitae,  
 »tam ipsi Pontifici, quam universo Collegio cognoscant, &  
 »probatae sint. Unde Paulus II. praefere dicit: In rebus  
 »malis hominem esse posse; in ecclesiarum Receptoribus  
 »creandis Angelum, in Collegio augendo Deum, Pontifi-  
 »cem esse oportere. Qui in alio peccet, impium, qui in  
 »altero, demonem esse existimandum. In illo unam ec-  
 »clesiarum propositum, ac viro alieno conjungi, non sicut in  
 »hoc ecclesiarum universae periclitari.» *ut refert Rayn. an-  
 »no 1471. n. 63. & Petra Comm. in const. 1. Eugen. IV. n. 13.*  
 Etas pro cardinalibus Presbyteris, & Episcopis re-  
 36 quisita est triginta annorum: quamvis enim in dict. consti-  
 tit. incipit. Postquam... non sit à Pontifice statuta certa  
 aetas pro ipsis, tamen, quia ut Conc. Trid. *sess. 24. de re-  
 form. cap. 1.* decretum est, ut ea omnia, & singula, quae  
 de Episcoporum praeficiendorum doctrina, aetate, & ceteris  
 37 qualitatibus constituta sunt, in creatione S. R. E. Car-  
 dinalium observanda sint, ideo illa erit, quae requiritur  
 pro praeficiendis Episcopis, scilicet triginta annorum,  
 (*vid. art. 6. n. 48. verb. Episcopus; & lib. E. pag. 282.*  
*in add. hisp. novis.*) ut cum plurimus resolvit Barb. *lib. 1.*  
*juris eccl. unq. cap. 3. num. 33.* Pro Cardinalibus autem  
 Diaconis sufficit aetas 22. annorum, ut expresse statuit  
 Sixtus V. in dict. const. incip. Postquam §. 6. Cum hoc  
 tamen, quod intra annum teneatur Ordinem Diaconatus  
 accipere, alias careat voce activa, & passiva, tam in  
 Consistoriis, & Congregationibus, aliisque omnibus ac-  
 38 tibus, quam in electione Summi Pontificis, ibi: «Neque  
 »posthac quisquam in Diaconum Cardinale assumi possit,  
 »nisi saltem in vigesimo secundo suae aetatis anno  
 »fuerit constitutus, ita ut omnino intra annum ad Sa-  
 »crum Diaconatum Ordinem valeat, & debeat promove-  
 »ri; alioquin si anno elapso ad ipsum Diaconatum Ordi-  
 »nem promotus non fuerit, eo ipso tam in Consistoria-  
 »libus, ac omnibus aliis actibus, & negotiis cardinali-  
 »tatis, quam etiam juxta constitutionem fel. record.  
 »Pii IV. Praedecessoris nostri super refer. Conclavis  
 »editam in electione Romani Pontificis, voce activa, &  
 »passiva omnino careat, ac privatus existat.»  
 Numerus Cardinalium varius olim fuit pro varietate  
 38 temporum, & Summorum Pontificum, qui juxta exigen-  
 tiam, & temporum, seu rerum variam emergentiam plu-  
 39 res, vel pauciores Cardinales creabant. Inter omnes, qui  
 plures Cardinales creavit est Pius IV. qui pervenit usque  
 ad septuagesimum sextum, quod neque ante, neque post  
 40 perventum est. A tempore tamen Sixti V. numerus sep-  
 tuagenarius invariatus remansit, prout ipse ad instar illi  
 primo septuaginta Seniorum, quos Dominus *num. 11.*  
 Auditores, & Consiliarios Moysi dedit, constituit in sua  
 constituit. incip. Postquam verum ille §. 4. *post med. ibi*  
 »Perpetuo statuimus, & ordinamus, ut à posterum con-  
 »numeratis omnibus cujuscumque Ordinis Episcopis,  
 »Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui nunc sunt,  
 »qui in futurum creabuntur, cuncti simul numerum  
 »septuaginta, nullo unquam tempore excedant, ac talis  
 »numerus quovis praetextu, occasione, vel causa etiam  
 »urgentissima minime augeatur: quod si unum, vel plu-  
 »res, à Nobis, vel pro tempore existente Romano Pon-  
 »tifici in futurum ultra dictum numerum eligi in Cardi-  
 »nalem, aut creari, aut pronuciari contigerit, decerni-  
 »mus hujusmodi electionem, creationem, & pronucia-  
 »tionem nullam, irritam, & inane fore, & censendam  
 »esse,

»esse, nullumque Jus, seu Titulum re, aut nomine sic  
 »electis acquiri, nec eorum, quemquam pro Cardinali  
 »haberi, aut reputari posse, aut debere, nec dictam  
 »electionem, & creationem, & pronunciationem ab ini-  
 »tialio invalidam, & ultra numerum factam, si postea ad  
 »presens praescriptum numerum moriente uno, vel plu-  
 41 ribus Cardinalibus ipsum Collegium redigatur, prop-  
 terea: ex post facto convalere; sed juri à principio,  
 »sic deinceps in perpetuum nullius fore roboris, & mo-  
 »menti.» Cardinales igitur septuaginta esse debent, scilicet:  
 »sex Cardinales Episcopi, Quinquaginta Cardinales  
 »Presbyteri, & Quatuordecim Cardinales Diaconi; cita-  
 42 const. Sixti V. incip. Postquam §. 4. & 5. Et cuilibet ex  
 omnibus istis Septuaginta Cardinalibus, juxta suum or-  
 dinem, est assignata sua particularis Ecclesia, Titulus,  
 vel Diaconia, ut apparet in sequenti constitutione Six-  
 ti V. quae upote faciens omnino ad rem, ad omnium  
 commodum hic subnectitur.  
 SEXTUS EPISCOPUS, PRESBYTERI, & DIACONI  
 Servus servorum Dei. Sixtus V. in dict. const. incip. Postquam §. 4. & 5. Et cuilibet ex omnibus istis Septuaginta Cardinalibus, juxta suum ordinem, est assignata sua particularis Ecclesia, Titulus, vel Diaconia, ut apparet in sequenti constitutione Sixti V. quae upote faciens omnino ad rem, ad omnium com-  
 43 modum hic subnectitur.  
 »Habita igitur cum Venerabilibus Fratibus nostris  
 »eiusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, &  
 »eorum consilio & assensu, statuimus, & ordinamus im-  
 »posterum perpetuis futuris temporibus, Presbyteris  
 »Cardinalibus has tantum, quae infra descriptae sunt, ec-  
 »clesias, neque alias in Titulis assignari debere, videlicet:  
 »ex antiquis S. Crucis in Jerusalem; Sanctorum Mar-  
 »cellini, & Petri; Sanctorum quatuor Coronatorum;  
 »Sanctorum Joannis, & Pauli; S. Anastasiae; S. Sabinae;  
 »S. Stephani in Celio Monte; S. Clementis; Sanctorum  
 »Nerei, & Achillei; S. Susanna; S. Pudencianae; S. Six-  
 »ti; S. Petri ad Vincula; S. Martini in Montibus; S. Euse-  
 »bii; S. Prisca; S. Vitalis, & Marci; S. Marcelli; Sacer-  
 »dotiae Laurentii in Lucina; Basilicae duodecim Apostolo-  
 »rum; S. Laurentii in Damaso, quae S. R. E. Vice can-  
 »cellario pro tempore existenti perpetuo concessa, & as-  
 »signata est; S. Balbinae; S. Caeciliae; S. Chrysoyoni;  
 »S. Praxedis; S. Mariae Transiberim. Ex posterioribus  
 »vero Sanctorum Quirici & Julittae; S. Joannis ante por-  
 »tam Latinam; S. Agnetis in Agone; S. Laurentii in Pa-  
 45 »nispertina; S. Thomae in Parione; S. Silvestri in Campo  
 »Martio; S. Pancratii; S. Bartholomaei in Insula; S. Mar-  
 »thae in Merulana; S. Mariae de Ara Coeli; S. Mariae in  
 »Via; S. Mariae supra Minervam; S. Mariae Angelorum  
 »in Thermis; S. Hieronymi Illiriorum: Necnon quas  
 »supradictis antiquis & posterioribus insitutis, addimus, &  
 »quae nunc in Titulis Presbyterorum Cardinalium, cum  
 »honoribus, insignibus, privilegiis, & auctoritatibus, &  
 »praerogativis debitis, & consuetis instar aliorum eccle-  
 »siarum, quae in similes Titulos per nostros Praedecesso-  
 46 »res antiquitus erectae, & institutae fuerunt, sine ali-  
 »cujus praesidio perpetuo erigimus, & instituimus, ac Ti-  
 »tulum nomine, & dignitate insignimus, & decoramus;  
 »S. Honiphrii in Janiculo, mutato illius statu ex  
 »Diaconia, quae haecenus fuit, in Titulum Presbyteralem;  
 »S. Augustini; S. Mariae de Populo; S. Alexii in Aveni-  
 »nio; S. Blasii de Annulo; S. Mariae de Pace; S. Salvato-  
 47 »ris de Lauro; S. Petri in Monte Aureo; Sanctissimae  
 »Trinitatis in Monte Pincio, S. Mariae Transpontinae;  
 »Et Diaconis vero antiquis statuimus retinendas  
 »esse tantummodo quatuordecim: infra descriptas, videlicet:  
 »S. Mariae in Aquiro; S. Mariae in Cosmedin; Sacer-  
 »dotum Cosmae, & Damiani; S. Mariae Novae; S. Ha-  
 »ndriani; S. Mariae in via lata; S. Mariae in Porticu; S. An-  
 »geli in Foro Piscatorio; S. Nicolai in Carere Tullia-  
 48 »no; S. Mariae in Dominica; S. Bastachii; S. Viti in  
 »Marcello; S. Agathae; ac S. Georgii in Velabro; Ec-  
 »clesias, quae insigniores existunt, & praescriptum à  
 »Novis Diaconorum Cardinalium numerum exaequant.» Ita

»esse, nullumque Jus, seu Titulum re, aut nomine sic  
 »electis acquiri, nec eorum, quemquam pro Cardinali  
 »haberi, aut reputari posse, aut debere, nec dictam  
 »electionem, & creationem, & pronunciationem ab ini-  
 »tialio invalidam, & ultra numerum factam, si postea ad  
 »presens praescriptum numerum moriente uno, vel plu-  
 41 ribus Cardinalibus ipsum Collegium redigatur, prop-  
 terea: ex post facto convalere; sed juri à principio,  
 »sic deinceps in perpetuum nullius fore roboris, & mo-  
 »menti.» Cardinales igitur septuaginta esse debent, scilicet:  
 »sex Cardinales Episcopi, Quinquaginta Cardinales  
 »Presbyteri, & Quatuordecim Cardinales Diaconi; cita-  
 42 const. Sixti V. incip. Postquam §. 4. & 5. Et cuilibet ex  
 omnibus istis Septuaginta Cardinalibus, juxta suum or-  
 dinem, est assignata sua particularis Ecclesia, Titulus,  
 vel Diaconia, ut apparet in sequenti constitutione Six-  
 ti V. quae upote faciens omnino ad rem, ad omnium  
 commodum hic subnectitur.  
 SEXTUS EPISCOPUS, PRESBYTERI, & DIACONI  
 Servus servorum Dei. Sixtus V. in dict. const. incip. Postquam §. 4. & 5. Et cuilibet ex omnibus istis Septuaginta Cardinalibus, juxta suum ordinem, est assignata sua particularis Ecclesia, Titulus, vel Diaconia, ut apparet in sequenti constitutione Sixti V. quae upote faciens omnino ad rem, ad omnium com-  
 43 modum hic subnectitur.  
 »Habita igitur cum Venerabilibus Fratibus nostris  
 »eiusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, &  
 »eorum consilio & assensu, statuimus, & ordinamus im-  
 »posterum perpetuis futuris temporibus, Presbyteris  
 »Cardinalibus has tantum, quae infra descriptae sunt, ec-  
 »clesias, neque alias in Titulis assignari debere, videlicet:  
 »ex antiquis S. Crucis in Jerusalem; Sanctorum Mar-  
 »cellini, & Petri; Sanctorum quatuor Coronatorum;  
 »Sanctorum Joannis, & Pauli; S. Anastasiae; S. Sabinae;  
 »S. Stephani in Celio Monte; S. Clementis; Sanctorum  
 »Nerei, & Achillei; S. Susanna; S. Pudencianae; S. Six-  
 »ti; S. Petri ad Vincula; S. Martini in Montibus; S. Euse-  
 »bii; S. Prisca; S. Vitalis, & Marci; S. Marcelli; Sacer-  
 »dotiae Laurentii in Lucina; Basilicae duodecim Apostolo-  
 »rum; S. Laurentii in Damaso, quae S. R. E. Vice can-  
 »cellario pro tempore existenti perpetuo concessa, & as-  
 »signata est; S. Balbinae; S. Caeciliae; S. Chrysoyoni;  
 »S. Praxedis; S. Mariae Transiberim. Ex posterioribus  
 »vero Sanctorum Quirici & Julittae; S. Joannis ante por-  
 »tam Latinam; S. Agnetis in Agone; S. Laurentii in Pa-  
 45 »nispertina; S. Thomae in Parione; S. Silvestri in Campo  
 »Martio; S. Pancratii; S. Bartholomaei in Insula; S. Mar-  
 »thae in Merulana; S. Mariae de Ara Coeli; S. Mariae in  
 »Via; S. Mariae supra Minervam; S. Mariae Angelorum  
 »in Thermis; S. Hieronymi Illiriorum: Necnon quas  
 »supradictis antiquis & posterioribus insitutis, addimus, &  
 »quae nunc in Titulis Presbyterorum Cardinalium, cum  
 »honoribus, insignibus, privilegiis, & auctoritatibus, &  
 »praerogativis debitis, & consuetis instar aliorum eccle-  
 »siarum, quae in similes Titulos per nostros Praedecesso-  
 46 »res antiquitus erectae, & institutae fuerunt, sine ali-  
 »cujus praesidio perpetuo erigimus, & instituimus, ac Ti-  
 »tulum nomine, & dignitate insignimus, & decoramus;  
 »S. Honiphrii in Janiculo, mutato illius statu ex  
 »Diaconia, quae haecenus fuit, in Titulum Presbyteralem;  
 »S. Augustini; S. Mariae de Populo; S. Alexii in Aveni-  
 »nio; S. Blasii de Annulo; S. Mariae de Pace; S. Salvato-  
 47 »ris de Lauro; S. Petri in Monte Aureo; Sanctissimae  
 »Trinitatis in Monte Pincio, S. Mariae Transpontinae;  
 »Et Diaconis vero antiquis statuimus retinendas  
 »esse tantummodo quatuordecim: infra descriptas, videlicet:  
 »S. Mariae in Aquiro; S. Mariae in Cosmedin; Sacer-  
 »dotum Cosmae, & Damiani; S. Mariae Novae; S. Ha-  
 »ndriani; S. Mariae in via lata; S. Mariae in Porticu; S. An-  
 »geli in Foro Piscatorio; S. Nicolai in Carere Tullia-  
 48 »no; S. Mariae in Dominica; S. Bastachii; S. Viti in  
 »Marcello; S. Agathae; ac S. Georgii in Velabro; Ec-  
 »clesias, quae insigniores existunt, & praescriptum à  
 »Novis Diaconorum Cardinalium numerum exaequant.» Ita

ita ut computatis ecclesiis cathedralibus, videlicet Ostiensi, & Velerina invicem unitis; Portuensi, & Sanctae Rufinae idem unitis; Albaniensi, Sabinensi, Tusculana, & Praenestina; quibus sex Episcopi Cardinales praesent, & Titulis Presbyterorum superius designatis, numerum septuaginta ecclesiarum constituant.

Be alter praeterea Titulus supra numerum additus sit, ut si quando contingat Diaconum, vel Episcopum, Cardinalem Vicecancellarium esse, & ideo eundem dicitur ecclesiae S. Laurentii in Damaso, quae Vicecancellario pro tempore existenti per literas. fel. record. Clementis Papae VII. praedecessoris nostri perpetuo, ut praefertur concessa, & assignata fuit, praesens, alicui Presbytero Cardinali proprius Titulus non desit.

Omnes vero ecclesias, quae per praesentem nostram constitutionem Presbyteris Cardinalibus etiam fors ex dispensatione apostolica pro Diaconia obtinentur; itidem omnes, & quascumque ex quatuordecim superius enumeratis Diaconiis, quae Presbyteris Cardinalibus in Titulis fors etiam ex simili dispensatione concessa nullas fuerunt, & ab illis obtinentur. Demum omnes, & quascumque ecclesias, superius non expressas, ipsis Presbyteris, aut Diaconis Cardinalibus in Titulis, aut Diaconiis commissas, & assignatas, ac per ipsos obtentas volumus, & decernimus praesentes ex nunc ipso vacare, & quascumque illarum assignationes, concessionis, nec non dispensationes desuper etiam motu proprio, & consistorialiter, ac de simili Fratrum consilio expeditas, quae a praedecessoribus nostris, quaeque a Nobismetipsis emanarunt, literasque apostolicas desuper confectas processusque habitos per eandem, & inde sequuta quaecumque cassamus, irritamus, & annullamus, irritaque, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti esse nunciamus; mox assignatur eidem Cardinalibus ex quorum personis ecclesia in Titulis, aut Diaconiis per eos haec tenentur obtente vigore huius nostri decreti vacant, & eorum cuilibet alios Titulos, aut Diaconiis ex supra dicto numero proprio, cujusque Ordinis congruentes.

In aliis vero praeterquam supra nominatis ecclesiis, etiam si eorum aliqua in Titulis Presbyterorum, aut denominationes Diaconum Cardinalium concedi solent, & Cardinales illis praefici consueverunt, quorum singularum situationes, & invocationes praesentibus haberi volumus pro expressis, nomina, insignia, denominationes, & statum huiusmodi Titulorum, aut Diaconiarum perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac districte etiam interdiximus, ne de cetero nunquam perpetuis futuris temporibus alia, quam ex scriptis numero, ecclesia in Titulum, aut denominationem Cardinalium cuiquam Presbytero, aut Diacono Cardinali concedatur, aut assignetur, neque aliis, quae supra nominatis Titulis, aut Diaconiis, Presbyteri, vel Diaconi Cardinales praeficiantur, neve unquam aliqua ex supra dictis Diacono Presbytero, neque contra ullus ex dictis Titulis Diacono Cardinali quomodolibet concedatur, vel assignetur; neque cum illis, aut eorum aliquo ex quavis causa desuper dispensetur.

Sed & decreta alia in Consistorio super hoc edita innovantes, & ampliantes pari ratione etiam perpetuo prohibemus, ne imposterum alicui Presbytero, aut Diacono Cardinali, qui alterum Titulum, aut Diaconiam quomodolibet assequutus fuerit, quive ex Ordine Diaconum ad Ordinem Presbyterorum, vel ad Episcopalem dignitatem transierit, aut ex Ordine Presbyteratus in Episcopum pariter promotus fuerit, licentia, & facultas retinenda priorem ecclesiam sui Tituli, vel Diaconiae in administrationem, aut in Titulum, neve canonicatum, & praebendam, dignitatem, officiorum, aut beneficiorum dimissi Tituli, vel Diaconiae collatio, neque palatii, domus, vineae, hortorum, aut fructuum, reddituum, & proventuum, aut iurium quorumcumque ad huiusmodi Titulos, seu Diaconiis pertinentium ad tempus, seu ad vitam retentio, aut ulla alia reservatio quovis pretextu, occasione, vel causa, etiam melioramento, & summatim in illarum reparationem, necessitatem, sive utilitatem factorum concedantur, sed volumus, ut ipsi Tituli, & Diaconiae, cum illis annexis, iuribusque,

per pertinentis suis universis libere dimittantur.

Insuper praecipimus, & perpetuo ordinamus, ut de cetero in quibuscumque literis apostolicis, in quibus Cardinalium subscriptio manu propria faciendae fuerit, idem Cardinales, etiam Tituli, vel Diaconiae, seu Episcopatus sui Cardinalatus nomine expresso se subscribant.

Decernentes pro huiusmodi erectione, & institutione decem praedictas per Nos in Titulis erectas ecclesias tantummodo novis privilegiis, & dignitate auctas, decoratas, insignitas, nihil autem omnino praesudicii cuiquam illatum, nihil assenti juris detractum, aut immunitatum censi posse, aut debere, sicut per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causasarum Palatii Apostolici Auditores, & Cardinales praedictos sublatas, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & in quavis causa, & instantia iudicari, & desiniri debere, nec non irritum, & inane, si secus super praemissis, eorumve aliquo a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ecclesiarum supradictarum, & aliarum quorumcumque, nec non Ordinum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, illis, ac quibusvis personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenore praesentibus pro expressis habentes specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sic igitur ipsi Cardinales, quibus huiusmodi ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus, & temporalibus solliciti, & fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac iuxta constitutionem pie memoriae Leonis Papae X. praedecessoris nostri in Concilio Lateranensis novissime celebrato editam frequenter visitent, circa cultum divinum invigilent, mores ac vitam Clerici, & Populi eius subiecti diligenter explorent, eosque ad recte, & honeste vivendum paterno moneant affectu, bonorum, & temporalium reddituum curam gerant. Sequae ad Dei gloriam, & fidei populi edificationem pia, & magnifica structura, & fabrica, suam quisque ecclesiam instaurare studeat, & exornare, & etiam in vita, quam in mortis articulo pro divini cultus augmento, & salute animarum suarum ad congruentem sustentandum alique Presbyterum, qui inibi in divinis deserviat, sive alias erga ipsas ecclesias, si reparatio indigeant, vel alia subventionem de bonis sibi a Deo collatis, prout cuique pro modo facultatum conscientia dixerit, munificos se exhibeant, & liberales, ut eandem ecclesiarum decora, & ornamenta tantorum Praesulum respondeant dignitati, ac ipsae ecclesiae tam sublimibus personis gaudeant se commissas, & eorum amplitudine illustratas: idemque Cardinales exinde ipsius S. R. E. cuius nobilissima membra sunt, maiestatem sua pietate, sollicitudine, & prudentia in dies magis extollant, & reverentiam omnium gentium erga illam exemplis bonorum operum insigniter augeant, ac denique praeter aeternae retributionis praemia, digna quoque laudum praemia a Nobis, & Apostolica Sede valeant promereri.

Mandamus vero, ut praesentes literae in quinterino Cancellariae Apostolicae de more describantur. Nulli ergo omnino hominum, & Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1587. Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Ego Sixtus Catholicus Ecclesiae Episcopus.

Ego A. Card. Farnesius, Vicecancellarius, Episcopus Ostiensis.

Ego Jacobus Card. Sabelus, Episcopus Portuensis.

Ego Joan. Antonius Card. S. Gregorii, Episcopus Tusculanus.

Ego Joan. Ayalas Card. de Aragonis Episc. Sabinensis.

Ego

Ego M. S. Card. de Altaemps, Tit. S. Martiae Trans Tyberim.

Ego Marc. Ant. Card. Columna, Tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Gabriel Card. Palaeotus, Tituli S. Martini in Montibus.

Ego F. Mich. Bonellus Card. Alexandrinus, Tituli S. Mariae super Minervam.

Ego Ludov. Card. Madrutius, Tituli S. Anastasiae.

Ego N. Card. S. Praxedis.

Ego Jul. Anton. Sanctiorius Tit. S. Bartholomaei in Insula, Card. S. Severinae.

Ego Hieron. Card. Rusticucellus, Tit. S. Susanna.

Ego Joan. Hieron. Card. Albanus, Tituli S. Joannis ad Portam Latinam.

Ego P. Card. Deza.

Ego Anton. Card. Tit. SS. Joannis, & Pauli.

Ego Joan. Anton. Card. SS. Quatuor Coronatorum.

Ego Joan. Baptista Card. S. Marcelli.

Ego Julius Card. Cananus, Tit. S. Eusebii.

Ego Anton. Maria Card. Salvatorum.

Ego Augustinus Card. Verone, Tit. S. Marci.

Ego Vicentius, Tit. S. Mariae in Via, Card. Montis Regalis.

Ego Philippus Tit. S. Sabinae, Card. Spinula.

Ego Scipio Card. Lancellottus.

Ego Vincentius Card. Gonzaga.

Ego Federicus Card. Cornelius, Tit. S. Stephani.

Ego Hippol. Card. Papien. Tit. S. Mariae in Porticu.

Ego Decius Card. Azzolinus, Tit. S. Matthaei in Merulana.

Ego Hippol. Card. Aldobrandinus, Tit. S. Pancrati Major. Pœnit.

Ego Hieron. C. de Ruvere, Tit. S. Petri ad Vincula.

Ego Fr. Constantinus Card. Sarnanus.

Ego Philip. Tit. S. Eustachii Diaconus Card. Vastavillanus Camer.

Ego Hieron. S. Hadriani Diaconus Card. Mattheus.

Ego Benedictus S. Gregorii Diaconus Card. Justinianus.

Ego Ascanius SS. Viti, & Modesti, & Crescentiae Diaconus Cardinalis Columna.

Ecclesiae Tituli, & Diaconiae S. R. E. Cardinalium postea fuerunt designati a Clemente Papa VIII. & a Sac. Rit. Congreg. approbati sub die 30. Augusti 1602. ac a Paulo V. confirmati eodem anno 1618. ut in Libello impresso Romae ex Typographia R. Camerae Apostolicae sub eodem anno in hunc modum.

Ecclesiae Cardinalium Episcoporum, sex, nempe.

Ostiensis.	Portuensis.
Tusculanensis.	Sabinensis.
Praenestinenis.	Albanensis.

Tituli Presbyterales LI. videlicet.

Sanctae Mariae Angelorum in Thermis.

Sanctae Mariae Trans Tyberim.

Sancti Laurentii in Lucina.

Sanctae Praxedis.

Sancti Petri ad Vincula.

Sanctae Anastasiae.

Sancti Petri in Monte Aureo.

Sancti Honuphrii.

Sancti Silvestri in Campo Martio.

Sanctae Mariae in Via.

Sanct. Marcelli.

Sanctorum Marcellini, & Petri.

Sanctorum Duodecim Apostolorum.

Sanctae Balbinae.

Sancti Caelestis.

Sanctae Agnetis in Agone.

Sancti Marci.

Sancti Stephani in Caelo Monti.

Sanctae Mariae Transpontinae.

Sancti Eusebii.

Sancti Chrysogoni.

Sanctorum Quatuor Coronatorum.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. II.

Sanctorum Quiricii, & Julinae.

Sancti Calixti.

Sancti Bartholomaei in Insula.

Sancti Augustini.

Sanctae Ceciliae.

Sanctorum Joannis, & Pauli.

Sancti Martini in Montibus.

Sancti Alexii.

Sancti Clementis.

Sanctae Mariae de Populo.

Sanctorum Nerei, & Achillei.

Sanctae Mariae de Pace.

Sanctae Mariae de Ara Coeli.

Sancti Salvatoris in Lauro.

Sanctae Crucis in Jerusalem.

Sancti Laurentii in Palisperna.

Sancti Joannis ante portam Latinam.

Sanctae Pudencianae.

Sanctae Priscae.

Sancti Pancrati.

Sanctae Sabinae.

Sanctae Mariae super Minervam.

Sancti Caroli.

Sancti Thomae in Parione.

Sancti Hieronymi Illyricorum.

Sanctae Susanna.

Sancti Sixti.

Sancti Matthaei in Merulana.

Sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio.

Diaconia XV. Videlicet.

Sancti Laurentii in Damaso.

Sanctae Mariae in Via Lata.

Sancti Eustachii.

Sanctae Mariae Novae.

Sancti Hadriani.

Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Sanctae Agatae.

Sanctae Mariae in Dominica.

Sanctae Mariae in Cosmedin.

Sancti Angeli in Foro Piscium.

Sancti Georgii ad velum aureum.

Sanctae Mariae in Porticu.

Sanctae Mariae in Aquiro.

Sanctorum Cosmae, & Damiani.

Sancti Viti in Macello.

Notandum hic est, quod ecclesia S. Laurentii in Damaso non est proprie Diaconia, sed per literas Clementis VII. Ecclesia haec datur semper Vicecancellario, sive sit Diaconus, sive Presbyter, sive etiam Episcopus; ut referitur in mox adducta constitutione Sixti V. ubi etiam in §. 6. disponitur, ut alius praeterea Titulus ultra numerum praefinitum additus sit, ut si quando contingat Diaconum, vel Episcopum, Vicecancellarium esse, & ideo eundem praedictae ecclesiae S. Laurentii praesens, alicui Presbytero Cardinali proprius Titulus non desit.

Cardinales ad Urbem accedentes, Summo Pontifici se sistere debent, nec ab Urbe discedere sine licentia ejusdem; Benedicti XIV. tom. 1. const. 119. incip. In regimine §. 3. Cardinales in Urbe non residentes qualibet ex causa, excluduntur a participatione rotuli. Idem ibid. Accedentibus ad Urbem ex causa legitima tribuitur portio pro tempore morae. Idem ibid. Cardinales in causis commissariis iudicantes ubi debent notario archivi. Idem tom. 2. const. 22. incip. Justitiae & pacis.

Cardinalibus tribui potest ecclesia Episcopalis in partibus infidelium. Idem const. 36. incip. Cum a nobis, ubi affert exempla Cardinalium, qui ad Episcopatum Titulares promoti fuerunt.

De antiqua in ecclesia dominatione Cardinalium, tum de origine horum, quos dicimus S. Romanae ecclesiae Cardinales, missis illis, quae ex vulgo affert Auctor, lege, si lubet, Panvin. de Cardin. Plac. de Cardinal. Dignit. & offic. Ducange in Glossario ad Scriptores mediae, & infimae latinitatis verb. Cardinales, & Rousseau de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica, verb. Cardinalis sect. 1.

O

Quod

53 Quod vero attinet ad varium variis temporibus numerum Cardinalium, de quo hic etiam agit *Auctor*, sciendum est, quod anno 1331. non nisi viginti erant Cardinales. Anno 1352. statuere Cardinales, ne unquam essent plusquam viginti. Anno 1378. nondum erat, nisi tres supra viginti. Multum vero deinde crevit numerus eorum per consequuta schismata. At Synodi Constantiensis, & Basiliensis iusserunt, ne essent plures, quam viginti quatuor. Multa etiam a Synodo Basiliensi, & post mortem Sixti IV. ab ipsis Cardinalibus prescripta referuntur regulae de creatione Cardinalium. Inter has, ne nisi 24. Cardinales unquam crearentur, nec nisi annos triginta jam nati, nec nisi secundum majorem numerum suffragiorum ad Cardinalibus scripto datorum, nec nisi tres ex una diocesi, Pontificisque ipsius, aut Cardinalis Nepos nullus.

63 Hoc ultimum vero caput molliuit conventio illa Cardinalium post Sixti IV. mortem, qua permissum fuit Pontifici, ut ex suis cognatis unum, sed solum, creare posset Cardinalem. Numero huic Cardinalium pauci inde adjecti sunt usque ad tempora Leonis X. qui habens suspectos eos, qui tunc erant Cardinales, ob initam contra se conjurationem, 31. novos creavit. Numerus postea tamen ad 40. revocatus est. At tandem pervenit ad 70. Confer de his omnibus Thomassin. *de veter. & nov. eccl. discipl. tom. 1. lib. 2. cap. 114. ser. per tot.* Quae vero à Sixto V. in Cardinalium electione fuerunt constituta, non omnia in praesenti sunt usque recepta, ut ex historia nostrorum temporum patet.

ARTICULUS II.

Quoad Cardinalium dignitatem, & praeminentiam.

SUMMARIUM.

1. **CARDINALATU** nulla est major dignitas post Papatum in ecclesia Dei.
2. **Nec obstat** quod Cardinales Ordine sint minores Episcopi.
3. **Quomodo est commemoranda** haec praeminentia: quod discrimen inter Cardinales, & Episcopos: à quo Summus Pontifex esse eligendus, ad n. 9.
10. **Quibus insignibus** soli utantur Cardinales: quoque titulo vocentur, ad n. 13.
14. **Quo tanta sit eorum dignitas: quam dignitatem ista emuletur**, & quibus aequiparentur Cardinales, ad n. 18.
19. **Circa arrectionem Decanatus Sacri Collegii Cardinalium varia decreta**, & constitutiones apostolicas notantur, ad n. 21.
22. **Additiones ex aliena manu subnectuntur**, ad n. 28.

1. **CARDINALATU** nulla est major dignitas post Papatum in ecclesia Dei. In Cardinalibus enim residet tota majestas christiane republice. Eugenius IV. in constitut. *incip.* Non mediocri: ubi validissimis rationibus definit, post caput ecclesiae, quod est Papa, contigua sui corporis membra, qui sunt fratres ejus Cardinales, praeter ceteris ecclesiae membris, ac partibus honorari debere, & Cardinalatus dignitatem esse majorem, & sublimiorem Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali. Item habetur in constitutione Leonis X. *incipient.* *Supernae*: ibi, *Et cum Sancta Romana Ecclesia Cardinales ceteros omnes in ipsa ecclesia post Summum Pontificem honore, ac dignitate praecedant.* Et colligitur etiam ex Concil. Trid. c. 11. *sess. 24.* & ex constitutione Sixti V. *de S. R. E. Cardinalium praesentia*, edita tertio nonas Decembr. 1586. & ex c. *Quamquam* *caus. 2. q. 7. & cap. Constantin. dist. 96.* Nec obstat, quod Cardinales ordine sint minores Episcopis; *cap. Ante omnia dist. 40. cap. De his dist. 5. de consec. Clem.* Si quis suadente §. *Nec super hac, de pontif. Gloss. ult. in c. Quamquam caus. 2. q. 7.* Non obstat, inquam, quia in ejusmodi praerogativis, & privilegiis, est potius habenda ratio dignitatis, quam ordinis, ut declarat idem Eugenius IV. in d. *constit.* Non mediocri, his verbis: *"Nec causetur quisquam, quod Ordo Episcopalis Presbyterio major sit, quoniam in ejusmodi praerogativis officium, & dignitas praeponderat ordini, quemadmodum Jure cautum est, ut Archidiaconus*

non Presbyter sui jurisdictionis obtentu Archiepys-tero praefatur." Et de facto hoc habetur etiam in Vicario Generali, qui quamvis simplex Clericus, praecedat omnes de Clero. Unde praeminentia non est commensuranda ab ordine, sed ab officio, & jurisdictione, quae dant dignitatem, & consonant etiam verba textus in *cap. Quamquam, caus. 2. quest. 7.* ibi: *"Quamquam secundum honorum vocabula, quae jam ecclesiae usus obtinuit, Episcopus major Presbytero sit, tamen Augustinus in multis Hieronymo minor est." Et quod dignitas, & jurisdictione Cardinalium sit major ordine Episcopali patet ex c. *Constantians. dist. 96.* Episcopi enim non praesunt, nisi tunc certa diocesi, & Cardinales representant magistratum una cum Papa praesunt regimini totius universalis ecclesiae, ut recte dixit Innoc. III. in *cap. Bonae memoriae 3. de postulat. Pralat.* ibi: *"Quod Cardinalis persona utilis sit, non solum Romano, sed etiam ecclesiae universali. Et Divus Bernardus ad Eugen. III. inquit, Veniamus autem ad Collaterales, & Adjutores tuos, qui seduli tui, hi intimi tui, eligendi de toto Orbe, Orbem judicant."**

Tantae dignitatis, praesentiae, & praeminentiae sunt Cardinales, quod ipsis solis est demandata auctoritas eligendi Summum Pontificem. Hanc enim auctoritatem concessit eis in primis Nicolaus II. *ann. 1059. in Conc. Romano c. 2.* cum hoc tamen, quod facta praecipue ab ipsis Cardinalibus Summi Pontificis electione, deinde reliquus Clerus, ac populus ad eam comprobendam accederet, prout refertur in c. *In nomine Domini 1. dist. 23. ibi: "Decernimus, atque statuimus, ut obente hujus Romanae universalis ecclesiae Pontifice, in primis Cardinales Episcopi diligentissime simul de electione tractantes, mox Christi Clericos Cardinales adhibeant, sicque reliquus Clerus, & populus ad consensum novae electionis accedat." Et hic mos eligendi Pontificem perduravit usque ad tempora Alexandri III. optime meriti de hac mea patria Alexandrina civitate, utpote qui eam Sede Episcopali decoraverat, & suo nomine appellandam pro sibi praestita fidelitate, obedientia, & ope constituit. Sed quia adhuc quandoque pro simili electione, & approbatione schismata oriebantur, Alexander III. in Generali Lateranensi Concilio statuit, ut ille demum canonice electus censeretur, in quem duae ex tribus collegii Cardinalium partes consensissent, & sic excluso Clero, & populi consensu, requisito et supra laudato decreto Nicolai II. in d. *cap.* In nomine Domini, tota Pontificis electio ad solum Cardinalium collegium redacta est per ipsum Alex. III. ut expresse patet in *cap. Licet 6. de electione*, ibi: *"Licet de vitanda discordia in electione Romani Pontificis manifesta satis à praedecessoribus nostris constituta manerint, quia tamen saepe post illa per improbae ambitionis audaciam, gravem passa est ecclesia scissuram, Nos etiam ad malum evitandum hoc de consilio Fratrum nostrorum & sacri approbatione Concilii aliquod decrevimus adjungendum. Statuimus ergo, ut, si forte (inimico homine supereminante zizaniam) inter Cardinales de substituendo Summo Pontifice, non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, tunc sibi alium praesumpserit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, quia duabus partibus electus fuerit, & receptus." Unde, ut dicit Onuphrius in annotatione ad vitam d. *cap.* Alexandri III. in electione Lucii III. sui immediati successoris, ea tunc primum redacta fuit ad solos Cardinales, Clero omnino, & populo à Summi Pontificis electione exclusis, & lex salutaris à dicto Alexandro III. in Concilio Generali Lateranensi anno 1179. celebrato lata de duobus tertius suffragiorum Cardinalium ad evitanda imposterum schismata, executioni mandata fuit, quod dicit sibi constare ex ejusdem Pontificis diplomate apud se asservato. Et haec facultas eligendi Summum Pontificem solis Cardinalibus demandata, fuit confirmata, & plenius statuta Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunensi 1274. celebrato, prout refertur in *cap. Ubi periculum 3. de electione in 6. & à Clemente V. in Concilio Vienensi. 1311. coactio.* prout refertur in *cap. Ferrar. Biblioth. Tom. II.***

Ne Romani 2. *Clem. de elect.* & ex post fuit semper inviolabiliter in ipsis conservata. Vide *Barbosam lib. 1. Juris ecclesiastici. univers. cap. 1. n. 55. 56. & seq.* cum multis ibi citatis. (*Lit. E. p. 172. num. 30.*)

Cardinales soli possunt deferre Pileum, seu Galeram rubram eis concessam an. 1244. ab Innoc. IV. in *Conc. Lugdunensi I.* ut refert Barba. cum multis aliis, *l. 1. Juris ecclesiastici. cap. 3. num. 8.* Petra. *tom. 4. comment. in constit. 1. Eugenii IV. n. 21.* & habetur ex inscriptione sua sepulchrali Neapoli, ubi obiit; *Innoc. IV. Pontifex Maximus de omni christiana republica optime meritus, qui natali S. Joannis Baptiste anno, 1243. Pontifex renunciatur, die Apostolorum Principi sacra coronatus, cum purpureo primos Pileo Cardinales exornasset, Neapoli à Corrado evertam S. P. restituendum curaver, innumerateque aliis praelare, & prope divite gestis, Pontificatum suum quam maxime illustravit reddidisset, anno 1254. B. Lucia Virginis luce hac luce cessit. Annibal de Capua Archiepiscopus Neapolitanus in Sanctissimi civi memoriam obsoleto vetustate Epigramma restituit.* Soli ipsi possunt deferre Birretum purpureum, sive Pileolum Rubrum, ut eis publico decreto concessit Paulus II. posita pena, ne quis indumento illo purpureo caput tegeret, concedens insuper eidem Cardinalibus, ut ejusdem coloris panno equos vel mulas sternerent, dum equitarent. *Barbos. l. 1. Juris ecclesiastici. cap. 3. n. 9. Azor. inst. mor. part. 2. l. 4. cap. 3. q. 18. Platina in efar vita. Petra tom. 4. comment. in constit. Eugenii IV. n. 21.*

12. Quod privilegium ferendi Birreta, & Pileos rubros more altorum Cardinalium fuit postea etiam extensum ad Cardinales ex Regularium Ordinum assumptos à Gregorio XIII. *const. 9. incip. Sanctissimus*: soli ipsi Cardinales habent privilegium, ut Titulus Eminentissimus, & Vestrae Eminentiae una cum antiquo titulo Reverendissimus, debeat esse suus proprius, & peculiaris Cardinalitatis dignitatis, prout infrascripto decreto expresse continetur. Die 10. Junii 1630. in Consistorio secreto.

Fuit facta per Cardinalem Pium relatio decreti Sac. Congr. Caeremoniarum S. R. E. Cardinalium, ut infra.

BEATISSIME PATER.

SACRA Congregatio caeremoniarum S. R. E. Cardinalium censuit, si Sanctitati Vestrae placuerit, loco Titulorum Illustrissimorum, & Dominationis Vestrae Illustrissimae, quibus haecenus usi sunt Cardinales, Titulos Eminentissimos, & Vestrae Eminentiae una cum antiquo Titulo Reverendissimorum imposterum esse debere proprios, & peculiaris Cardinalitatis dignitatis; ita ut praefati Tituli Reverendissimorum, & Eminentiae à nomine, praeterquam ab ecclesiasticis Rom. Imper. Electoribus, nec Magistro hospitalis Hierosolym. usurpari possint, nec aliis attribui; eosdemque Titulos ab omnibus, & singulis Cardinalibus, & futuris omnino assumi, illisque inter se tam voce, quam scripto perpetuo uti debere. Quod si contingerit aliquem ejusmodi dignitatis, gradus, & conditionis (Imperatore, ac Regibus exceptis) hujusmodi Titulos alicui Cardinalium non tribuere, Cardinalis ille nullatenus cum eo agat, nec ejus literas quovismodo recipiat.

Insuper censuit supplicandum esse Sanctitati Vestrae, ut per suum consistoriale decretum praecipere dignetur ceteris omnibus, & singulis ecclesiasticis cujuscumque conditionis, gradus, & dignitatis, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Primalitatis seu Patriarchali dignitate praefulentibus ne praefatos Eminentissimos, & Eminentiae Titulos quovismodo sibi usurpent, sub spebus indignationis Sanctitatis Vestrae, & Romano-ritum pro tempore Pontificum, inhabilitatisque ad alias dignitates, & incapacitatis quarumcumque gratiarum, seu indultorum Sedis Apostolicae, ac amissionis fructuum suarum ecclesiarum, & beneficiorum quorumcumque ipso facto incurrendis.

Item censuit haec omnia in praesenti Consistorio esse referenda, ut Sanctitati Vestrae annuente, ab omnibus, & singulis Cardinalibus recipiantur, & super eorum perpetua, & inviolabili observatione juretur, de-

biteque executioni demandentur à praesentibus quidem in Consistorio statim; ab existentibus vero in Curia post tres dies, & absentibus post duos menses in Italia, & post quatuor extra Italiam. Inter alia super his etiam omnes, & singuli Cardinales, qui in futurum creabuntur, jurare teneantur praesentes quidem in receptione Pilei, absentes vero in receptione Birreti.

Qua relatione habita S. D. N. per haece verba, quid vobis videtur? omnium D. D. Card. exquisivit suffragia, & singulorum auditis sententias non solum unanimiter consentientibus, verum etiam instantissime deprecantibus, atque Sanctitati suae supplicantibus, ut hujusmodi decretum, & omnia in eo contenta approbaret; sicque probata per suum consistoriale decretum, cum auctoritate imprimendi &c. Et literas etiam in forma Brevis expediendi cum solitis clausulis &c. confirmaret, Sanctitas sua, ut sequitur, decrevit.

Petitionibus vestris annuente proposita Nobis per vos omnia admittimus, & approbamus, & desuper litteras etiam in forma Brevis cum clausulis opportunis, & necessariis concedimus, & expediri mandamus cum auctoritate imprimendi. In nomine &c.

Absoluto Consistorio, post discussum Pontificis, in Congregatione Generali omnes, & singuli Cardinales, qui consistorio interfuerunt, tactis Sacrosanctis Evangelij jurarunt, & subscriperunt, ut infra.

Nos miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardinales supradictum decretum Sacrae Congr. Caeremoniarum S. R. E. Cardinalium à Sanctissimo Domino Nostro approbatur, & à nobis receptum, perpetuo, & inviolabiliter observare promittimus, & juramus.

- Dominicus Episcopus Portuensis. Cardin. Ginesius.
- C. Card. Pius Episcopus Albanen.
- S. Card. Burghesius Episcopus Sabinen.
- Ego M. Episcopus Tusulanus Card. Lantes.
- Ego G. Card. Borgia Presb.
- Ego Rob. Card. Ubaldinus.
- Ego J. Card. Sabellus.
- Ego G. Card. Bentivolus.
- Ego G. Card. de Torres.
- Ego F. A. Card. S. Honuphrii.
- Ego Aloysius Card. Cajetanus.
- Ego Ludovisus Presbyter Card. S. Sixti nuncupatus.
- Ego Berlingierus Presbyter Cardinal. Gypsius.
- Ego F. Presbyter Card. Veropsius.
- Ego Gregorius Presbyter Card. Narus.
- Ego Lucas Ant. Presbyter Card. Virilis.
- Ego Franciscus Diaconus Card. Barberinus.
- Ego P. Maria Burghesius Diaconus Card. S. Georgii.
- Ego Hieronymus Diaconus Card. Vidonus.
- Ego L. Diaconus Card. Biscia.
- Ego M. Card. Ginettus.
- Ego A. Diaconus Card. Caesarius.
- Ego H. Diaconus Card. Columna.
- Ego Theodorus Card. Trivulius.

Immo Cardinales sunt tantae dignitatis, & praeminentiae, ut eorum dignitas non parum regiam majestatem emulari contendant. Nec desunt Reges, qui Cardinalibus praeminentiam in sedendo, & scribendo cesserint; scribit enim Raynaldus ad annum 1235. n. 2. & 6. quod cum convenisset Perusia Rex Siciliae Carolus, & Rex Hungariae Filius Carolus Martellus dictus, una cum Papa, & Cardinalibus, sedit in Consistorio Rex Pater inter Presbyteros Cardinales, Filius inter Diaconos, deinde post ministratum cibum Pontifici, accubuerunt mensae cum Cardinalibus. Eodem anno 1235. fertur. Regem Angliae ad Cardinalem Presbyterum scribentem nomen suum illi Cardinali postposuisse. Rex Daniae cum anno 1474. Romanam perrexisset, inter duos priores Cardinales exceptus fuit, nec unquam operire caput voluit, nisi post eos, & in die Parasceves ultimus post Cardinales adoraturus crucem adivit; Card. Papien. *Epist.* 156. inquit; *ut habeatur justus honor Summo Senatui.* Et multa alia retentur consimilia exempla apud Scriptores videnda. Solum addendo, quod praecipue ista praeminentia debetur Cardinalibus collegium representantibus, nam ex caeremonia-